2190

iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis nihil excipiendo tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete usufruetur more iure et ad normam dispositionum iuris terrestris et statutorum in Regno observari solitarum.

Eorundem Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Basilius Kulicki ab una, et Nobilis Catherina nobilis olim Ianussij [illegible] ex nobili Dorothea [illegible] procreata filia ab altera partibus coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Iuris districtibus Iudiciis Iuris dominiisque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesentique Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum praesentem attinet se eorumque successores ac bona sua quaevis totaliter et plenarie submittentes palam publice libere narie et sponte recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Ipsa sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium et singulorum bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum rerumque habitarum et in posterum habendarum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quas nunc habent ac in posterum habebunt mutuam et reciprocam ad vitae suae extrema tempora advitalitatem et usumfructum inscribunt et concedunt tali vero modo. Quod si prius praefatam Nobilem Catherinam [illegible] consortem suam quam ipsum Nobilem Basilium Kulicki maritum suum mori contigerit extunc praefatus maritus suus bona generaliter omnia hereditaria obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias ac res supraspecificatas post mortem eiusdem consortis suae derelictas cum omni eorundem iure dominio et proprietate omnibusque et singulis eorundem utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis nullis penitus exceptis obtinebit et possidebit illisque usufruetur ad extrema vitae suae tempora. Post decessum vero eiusdem Basilii Kulicki bona generaliter omnia supraspecificata post mortem praedicti consortis sui derelicta ad successores eiusdem Nobilis Catherinae [illegible] consortis suae sine quovis impedimento et contradictione praedicti mariti sui successorum totaliter et plenarie devolvi debebunt. Similiter si prius supraspecificatum Nobilem Basilium Kulicki maritum suum quam ipsam Nobilem Catherinam consortem suam de hac luce decedere contigerit extunc eadem Nobilis Catherina [illegible] coniux sua bona quaevis omnia hereditaria obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias et res supraspecificatas post mortem eiusdem mariti sui derelictas cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis nihil excipiendo obtinebit et possidebit illisque usufruetur ad extrema vitae suae tempora. Post decessum autem eiusdem consortis suae bona supraexpressa omnia ad successores eiusdem mariti sui sine quovis impedimento et contradictione praedictae consortis suae successorum totaliter et plenarie devolvi debeant.

Nr 2197:

Actum in Castro Premisliensi

Feria tertia post festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo trigesimo Quinto.

13/XI 1635

Iaskmanicki et Ciszonski Intercisam Roborant:

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Marcus Iaskmanicki ab una et Gabriel Ciszonski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Iuris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesentique Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum praesentem attinet se eorumque successores ac bona sua quaevis totaliter et plenarie submittentes